

*Original im Staatsarchiv zu Magdeburg s. r. Kloster-Bergische Stiftung 52. Abschrift im Privilegienbuche S. 252—256 mit der Ueberschrift: Mizstede XXIII et XV sexagene decime et in Prester II chori tritici in capsula E XV, und im Weissen Buche S. 91—94.*

1321.

185.

*Arnold von Ummendorf, Castellan zu Sommerschenburg, verkauft dem Kloster Berge 24 Schock vom Zehnten in Mizstede für 21 Mark Silber.*

Ego Arnoldus miles dictus de Vmmendorp, castellanus in Somerschenborch, litteris presentibus lucide recognosco, quod partem decime in Mizstede scilicet XXIII schock cum omnibus attinentiis, quam a venerabili domino Bodone abbate monasterii sancti Iohannis baptiste prope Magdeburg hactenus tenueram in feodo, dicto domino abbati ac monasterio suo vendidi pro XXI marcis Stendaliensis argenti, quas mihi ad manus dilectorum filiorum nostrorum Gerhardi Alberti Bartoldi profiteor persolutas. Et dictam decimam presenti scripto resigno domino abbati predicto cedens et renuncians omni actioni vel iuri, quod mihi aut heredibus meis hactenus competere videbatur in decima memorata. Et in huius resignationis evidens testimonium meum sigillum presentibus est appensum.

Datum anno domini MCCCXXI.

*Abschrift im Privilegienbuche S. 256 mit der Ueberschrift: Mizstede pars decime in capsula F IX.*

1325.

186.

*Bodo, Abt zu Berge, beurkundet eine Schenkung von 3 erkaufte Küchengärten, von denen der eine dem Siechenhofe gegenüber liegt, die beiden anderen an den Hof Vigenhagen stossen, und die zusammen 36 Schillinge jährlicher Pacht tragen, sowie von einem vor der Sudenburg liegenden Garten, welcher 6 Schilling zinst, und von einem halben Wispel Weizen von 1 Hufe zu Osterweddingen seitens des Priesters und Conventualen Johann von Aschersleben an das Kloster Berge.*

Nos Bodo dei gratia abbas monasterii sancti Iohannis baptiste prope Magdeburg ordinis sancti Benedicti recognoscimus et litteris presentibus lucide protestamur, quod Iohannes sacerdos et monachus dictus de Ascharia de nostra licentia et voluntate comparavit ecclesie nostre tres hortos olerum, quorum unus contra curiam infirmorum, alii duo prope curiam Vigenhagen siti sunt, qui fuerunt quondam Heinrici dicti Wale civis Magdeburgensis, solventes singulis annis XXXVI solidos, quorum XVIII in pascha et XVIII in communibus ab hortulanis qui predictos hortos coluerint persolventur. Item comparavit unum hortum,